

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Amico cuidam, theologiae doctri, S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

hortatus medicos uicinos fonti Saxonico, ut edant ueram descriptionem scaturiginis, & effectuum. Intelligo autem scaturiginem esse in terra metallica, cuius usus est in emplastris: & uim habet dissipandi lentos fluxus & tumores, ut Dioscorides etiam dicit, & nervos recreat. Ideo fons ille sanat membra affecta paralyti, ut iam aliqua exempla testantur: ac iudico sanationes physicas esse, et singulare Dei beneficium. Scio multa inepte dici, sed uellem doctos & integros uiros edere ueras descriptiones: idque ut faciant, aliquos hortatus sum. Aqua nobis missa est, in qua uidimus multam esse *oxygleni*, uelut arenam subsidentem, metallicam terram giluam. Est & ciuis in oppido nostro honestus uir, qui habet languefactos pedes paralyti: quem sum hortatus, ut experiatur fontis illius naturam. isque iam eodem uehitur. Bene ualete. Mitto uobis pagellas. 21. Aprilis, Anno 1556.

Philippus Melanchthon.

Amico cuidam, Theologiæ doctori, S. D.

Memini quo argumento literas impetrari tibi à ducè Augusto uolueris. Sed uideo alio argumento scriptas. Vocat te Dux in castra, ut ibi doceas: & fortassis postea locum Antonij Musæ in ecclesia Merburgensi tibi traditurus est. Et si autem differ-

Physikal. Natf.

ca. 1713, p. 47.

ri responsio poterat: tamen sui hortator honestis-
sime coniugi tue, ut peculiarem ad te nuncium mit-
teret: nō solum ut has literas Ducis mitteremus, sed
etiam ut quo in loco esses, & quid instituisses sci-
remus. Deinde ut scias, Dei beneficio tuum filio-
lum rectē uiuere, edito grandiusculo calculo, quem
magnis cruciatibus per aliquot annos parturijt.
Nunc & ipse & tota familia bene ualent. De ui-
dua Lutheri scire cupio, an in Cymbricam Cherso-
nesum itura sit. Scriptum est ex Salinis, posse redi-
re in urbem Vitebergam eos, qui inde discesserunt:
quod si ita est (nondum enim mihi explorata sunt
ea) spero Dominū rebus omnibus melius consultu-
rum. Misi igitur cursorē, ut statū oppidi nostri ex-
ploraret. Bene uale. Die 28 Maij, Anno 1547.

Iusto Ionæ,

Samb. p. 88.

S. D. Quid hīc geratur, scripsi Luthero. Bo-
na pars principum non abhorret à cōsilijs: quidam
homines plebeij sine nomine, sine censu, seditiosis
clamoribus obruunt sententias principū: talibus ne-
bulonibus nolunt credi illi ipsi, qui rerum potui-
tur. Nihil uidit unquā hic sol impudentius Fabro,
& gregali illius N. Heri pro concione uociferatus
est Faber, Turcos Lutheranis meliores esse: quia
Turci ieiunia seruēt, quæ uiolent Lutherani. Dein-
de pollicitus est, se de Turcica religione tota con-
cionatu-

E 3 cionatu-